



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XII. Vtrùm semper fuerit interioris Confessionis ad Devm frequens vsus in populo Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput II. De Definitione

eiuspiam facti tibi conscius fueris, totum DEI benignitati tribue, illi gratias age.

At peccatorum reminiscens, funde saltem cordis lachrymas, recensē peccata figillatim, facito tibi metipsi rationem, DEVM tuum roga, ora misericordiam, & inuenies requiē. Sic enim poteris in lectulo tuo positus, peccata tua delere. Hoc ubi feceris, tum demum permitte animā tuā soporari: Irascimini, inquit, Propheta, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cōpūgimini. Et alibi: Lauabo per singulas noctes lectū meum, & lachrymis meis stratum meū rigabo. Cur, quæso, graue, aut molestū videbitur, positum in lecto, quotidiana deflere peccata, vnde tanta promanat utilitas?

Psal. 4.

Psal. 50.

Questio XII. *Fuitne interioris istius Confessionis ad DEVM semper frequens vsus in populo DEI?*

Respsio. **V**T populus DEI ad hanc mentalem Confessionem modis omnibus inuitaretur, lege veteri cauit DEVS, vt Pontifex cum offerret sacrificium pro delicto, generalem totius populi peccatorum Confessionem ad DEVM faceret. Postquam, inquit, emundauerit sanctuariū & altare, tūc offerat Hircū viuentē; & posita vtraq; manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, & vniuersa delicta, & peccata eorum. Sic confessus est populi delicta Neēmias in *Zufis:*

Neēm. 4. & 9.

Zufis: Itidem populus præfente Sacerdote. **Confessio**
 Nec alia ratione fancti Patres generalē hanc **generalis**
Confessionem tam frequentē in Ecclesia eſſe **in Ecclesia**
 & per Sacerdotes, totius populi nomine, ac **frequens.**
 ipſum etiam populum Sacerdotem verbi co-
 mitantem, pronuntiarī voluerunt.

Hinc Sacerdos Miſſæ ſacra myſteria à Cō-
 feſſione (quam viciffim cum aſtantibus re-
 cenſet) orditur.

Hinc finita Concione, generalem hanc,
 & publicam Confefſionē ad populum pro-
 nuntiat, ac monet, vt ſe pronuntiantem po-
 pulus eiſdem verbis proſequatur.

Hinc in Horariis precibus, & manè, nēpe,
 in Primis, & Veſperè, nimirum in Cōpleto-
 rio hæc Confefſio replicatur, idq; ne rei tam
 neceſſarię vnq̄ obliuiſcamur, ac fructibꝰ tam
 eximiis, qui hinc nobis proueniūt, careamus.
 Quæ de mētali Cōfeſſione dixiſſe ſuffecerit.

Quænā dicitur Confefſio fraterna?

Confeſſio fraterna dicitur, qua peccatum
 noſtrum fratri, ad eū placandū & recon-
 ciliandū, confitemur. De qua Chriſtus apud
 Matthæū ait: Si offers munus tuū ad altare,
 & ibi recordatus fueris, quia frater tuus ha-
 bet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus
 tuū ante altare, & vade, prius recōciliari fra-
 tri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

Ne autē frater tuus ſic à te offenſus, te no-
 xam tuā agnoſcentem, ac veniam à ſe peten-
 tem auerſari, aut Confefſionem tuā aſperna-
 ri im-

Quæſtio

XIII.

Reſpoſio.

Matth. 5.